



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Commodatum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

## COMMODATVM.

71

Ossibus, adipe, puluere humano ex cerebro li-  
cet uti medicinæ caussa. ib.

Azorius tamen l.7.c.33.q.4. de hac re fusè  
disputans negat in extrema necessitate licere  
humanis carnibus vesci.

2 Edere ex intentione vsq; ad vomitum alij  
mortale esse aiunt, alij negant, si fiat ex consi-  
lio medici, licitum est.

\* Aiunt Angel. & alij { Negant } Naua.c.23.  
nu.119. Caiet. in summa. ver. Gula.

Sed si } Vide Azorium.l.7.c.33.q.4.

3 Prouocare vomitum, vt iterum comedas,  
mortale esse, non improbabiliter quidem af-  
firmant.

*Commodatum, vide Casus fortuitus, Culpa,  
Debitum, Depositum.*

1 **C**ommmodatum ad certum usum, nō po-  
test repeti, etiam superueniente necessi-  
tate, si commodatarius aliunde suis lethabitu-  
rus, nisi tu commodasses. De quo Syl. verb. com-  
modatum. num. 4.

\* De commodato Conrad. Lopez Mol. ad 294.  
Garzias c.5. Nau. c.17. num. 182.

\* Lege Nau. l.c. Mol. l.c. num. 8.

2 Commodans scienter rem vitiosam, non  
admonito commodatario, tenetur de damano  
secuto.

\* Garzias l.c. numer. 7. Fu. commodatum. 5. Mol.  
l.c. num. 7.

¶ Qui-

3 Quidam aiunt, commodarium non teneri in conscientia, nisi de culpa mortali, alij negant. Vide Culpa, & Contractus.

\* Aiunt <sup>3</sup> Sot.l.4.q.7.art.2.col.7. in totum teneri dicit de culpa graui, in partem de leui. Negant <sup>3</sup> Nau.l.c.nu.184.Garz.l.c.nu.23.

4 Commodato vti ad alium vsum, aut diutius quam voluit commodans, furtum est.

\* Fum.l.c.10. vide l. qui cum ff. de furtis. §. furtum. Mol. dist. 295. num. 7.

Addit. <sup>3</sup> Commodatum est rei ad vsum gratuita concessio. Mol.l.c. Commodati materia res mobiles, seu immobiles, quæ vsu non consumuntur. ib. num. 2. & pecunia ad ostentationem concessa. Commodatum dominium non transfert. Nau.l.c.num.185. Sot.l.4.q.7.ar.2. In necessitate posse reuocari, negat Nauar.l.c. at Mol. probat contrariam sententiam: præsumitur enim non se obligasse ad non recuperandum in necessitate.

Communio, vide Eucharistia.

\* Addit. <sup>3</sup> Peccatori alibi notorio, hic occulito publicè petenti non neganda communio. Sot.d.12.q.1.art.6. Val.t.4.d.6.q.8.p.3.col.8. non putat. m. p. eam negare si huc illinc infamia facile peruenire queat.

Publico peccatori publicè petenti omnino neganda. D.Th.3.p.q.80.ar.6.c. pro delusione de consecra. d.2. & c. multo ibi. & est communis. Val. l.c. col.6.

Com.

## C O N C E S S V M.

93

Communio sub vtraque specie non est laicis aut Clericis non conficientibus diuinitus præcepta *Conc. Trid. sess. 21. c. 2. can. 1.*

In necessitate laicus sub vni specie sumens satisfaceret diuino de sumenda Eucharistia præcepto. *Sua. t. 3. d. 71. Sect. 3.*

Bis eodem die, extra missam, ad tollendam iniuriam Sacramenti, & irreuerentiam, Eucharistiam sumere licet. *Sua. t. 3. q. 69. 5-4. col. 2.*

Sacerdos, extra confessionem, sciens aliquæ occulto. m. p. infectum esse, neget illi occulte petenti, Communionem corporis Christi, si nulla hinc illi infamia. communis sententia vide *Halensem. 4. p. q. 49. memb. 1. D. Th. 4. d. 9. q. 1. art. 3. Val. t. 4. d. 6. q. 8. p. 3.*

*Communitas, vide Respublica, Collegium.*

## C O N C E S S V M.

**C**oncessum intelligitur, quod non est prohibitum.

\* *Syl. concessum. 1.*

## C O N C I L I V M.

**1** *C*oncilium Trident. coepit obligare, quatum ad ius posituum, à Calendis Maij anni 1564. *Ex Bulla Pij IV.*

**2** Concilium Prouinciale debet fieri tertio quoque anno, Diocesanum verò quorannis. *Ex Concil. Trid. Sess. 24. c. 2. de reform.*

D

3 Con-